



H. XIII. 10.

Liden
Novo Jacin.

937. III

.M .III





Henrici Nicolai

1. de Multiplicitate Rei facta.
2. Tr. de Contradictionis Natura et Principio.
3. Tr. de Oppositione Enunciatorum.
4. Paraphrasia Liberalis Tabellae representata.
5. Disputatio Magica.
6. Tr. de Notis naturalibus.
7. Tr. de Cognitione humana univessa, duabus Exercitationibus comprehensa.

EXERCITATIO II.

25

DE ULTERIORIBUS PRO
MULTIPRÆSENTIA
ARGUMENTIS.

Respondente,

MELCHIORE IANICHIO,

Gedan: Boruffo.

THESIS XXIII.

Atributa autem principia interna comitantia, natura-
turem saltem consecutionem respiciunt, quomodo in & ex
Naturâ se res habeat, non quid respectu Supernaturalis
potentiæ in eâ fieri possit, quâ corpus in duobus aut pluribus
locis simul positum iri asserimus. Sic homo animal docile Na-
turâ est: Supernaturali tamen potestate docilitatem privativè ab
homine separari posse non repugnat, ut in Metaphysicis disputa-
sur. Et consecutio docilitatis ad hominem Naturalem habitu-
dinem respicit: non quid Supernaturali vi in eâ fieri possit. Nec
quæ jure Physico & necessitate naturali ita se habent, abso-
luta necessitate talia esse, & per nullam potestatem simpli-
citer se aliter habere posse, asserendum. Plura enim DEUS po-
test facere, quàm nos valemus concipere. §. 21. Et impossibilia
Natura, possibilis sunt DEO & divina potentia, Quod Reforma-
ti ipsi concedunt. V. §. 30. Nec ex Naturâ singularis corporis,
Localitas enim tantùm hinc sequitur, V. §. 18. f. 4. d. est. alic.
Non locus. Et si hic, necessitate tantùm Physica connexionis uni-
tas ejus sequitur, non absolutæ competentia, quasi nec DEO
possibile sit, eum vel removere, vel Corpus in quibusdam locis simul
ubicare. Nec ex naturâ quantitatis in Corpore, quæ finitam
& determinatam figuram faciat, adeoquè & determinatum spa-

D

111770

rium postulet, ultra quod Corpus esse non possit. Nam & hoc quantitas saltem naturali habitudine facit, quâ naturaliter ex quanto consequitur, spatium aliquod commensuratum sibi occupare, sive illud reale, sive imaginarium sit, ut in vacuo, quod tamen spatium nondum verum locum, sed alicubi esse importat, ut §. 19. 36. 42. l. 4. d. est. alic. ostensum: Locus enim maximè reale quid est, nec in vacuo esse potest. Quid autem ex supernaturali potestate in quanto fieri possit, ex naturali quantitatis habitudine repugnare, non expedit, nisi quidditativam quanti rationem evertere ostenderit, qualis locum occupare non est, ut §. 25. 26. c. l. dictum. Potest enim Naturæ Creator & naturalia ultra statum naturæ elevare: & quæ per naturam consequuntur, inhibere, ut præter & supranaturaliter constituentur. Sic ex essentiâ humanitatis tanquam intimus & essentialis modus sequitur Subsistentia propria & Personalitas, nec reperies hominem, nisi simul Personam humanam. Inhibuit tamen Personalitatem Deus, & Subsistentiæ divinæ arrogavit human: Chri. ac supra Naturam ejusq; consequelam extulit. V. §. 82. Non inde repugnantias simpliciter Contradictorias elicies, & quas ne potestati quidem divina expedire concedas.

24. Nec ex naturâ loci: Hic enim accidens corporis. t. 46. 58. l. 4. d. est. alic. At accidentia multiplicari in re unâ nullam repugnantiam Contradictionis involvit. Nec ex esse in loco, Quia hic modus aliquis quanti est, quo ad ambiens externum respectum & habitudinem naturalem obtinet, ut ambiri possit & velit. Hæc habitudo naturalis vim naturalem respicit, quâ Naturâ sui Corpus aliquod in uno loco est: Et potestatem naturalem importat. Sed de facto loco precise tingi non importat, Vt §. 6. seq. c. l. 4. dictum. Et repugnantiam ad virtutem supernaturalem, quâ aliter modus iste in termino, quem respiciat, se habere non queat, ut plura loca velut

termi.

terminos, ubi aliquis sit, simul habeat, non involvit. Naturâ sui Corpus unum ubiëritatem circumscriptivam efficiendi in uno loco habet, non pluribus. Sed nos in pluribus locamus non per naturæ vim, sed Creatoris absolutam potestatem. Et manebit in tali corpore ubiëritas circumscriptiva una, multiplicatis saltem accidentibus, locis, & præsentibus localibus in eo. Quæ accidentia multiplicari in re, nullam Contradictionem rei involvere potest. Præsentia enim localis & locus accidentia sunt, & Corporis Naturâ posteriora, & ab eâ realiter diversa, ut & Corpus esse queat, quod nec locum habeat, nec præsentiam ad locum, ut nec in loco sit, nec ulli sit præsens. Vt §. 6, seq. s. 4. d. est. alic. *Ostensum.* Sic chaos primi diei. Multiplicato ergo accidente illo præsentia localis in corpore, ipsi Corporis essentia Contradictio non inferitur. Corpus enim prius quid, absolutum, & subiectum præsentia localis est, ut substantia: Præsentia localis posterus quid, ut accidens respectivum, & adjunctum subiecti, Corporis, est, V. c. l. t. 19. Nec denique ex Naturâ potentia implicat, id fieri non posse. Potentia enim, quæ hoc fieri dicimus, est infinita, quæ supra ac contra ea, quæ nos intelligimus, perficere potest, §. 22. Et quæ omnia ea potest, quæ realem Contradictionem non implicant, quale hoc non est, ut ostensum.

25. Excipies I. Esse in loco externo non fuit ab essentia corporis: Sed internus omnino, est enim proprium quid ab ipsâ materiæ cum formâ Coniunctione fluens, quæ corpus terminis quantitatis suæ continetur. Ita Keckerm. tr. d. local. p. 43. Chamier c. 5. §. 9. R. 1. Locus internus verus non est, §. 45. s. 4. d. est. alic. *Equè esse in loco interno non est verum esse in loco, sed esse in seipso, quod ἀπολόγος, iudicibus quibusdam ex Reformatis, V. c. l. 2.* Ex Naturâ corporis repugnat, quia hoc non manet unum, si duobus lo-

eis simul coëxistat, sed à seipso discernitur. *R.* Non magis, quàm si diversis temporibus reproductum sistatur, quod magis discretum videtur corpus facere, quàm duobus locis sibi. Amplius ex §. 17. & 67. seq. patebit. 3. Ex Naturâ effendi in loco repugnat. Esse enim in loco est alicubi esse circumscriptivè. Sed alicubi esse est modus in ente transcendentalis, ut curvis. Transcendentales autem modi realiter sunt ipsæ essentia rerum, quarum sunt modi. *E.* multiplicatis istis modis rerum essentias multiplicare necessum est. Sic unitas Corporis per modum effendi in locis pluribus, destruitur. & sic corpori repugnantia infertur. *R.* 1. Esse in loco est esse alicubi circumscriptivè, i. e. quâ aliquid in spatio ambiente occupativè per Naturam sui esse postulet, non autem, quâ perpetuò & spectatâ quâvis etiam potentiâ ita esse cogatur, ut aliter esse simpliciter nullâ ratione possit. *Habitudinem in loco effendi alicubi circumscriptivum dicit, non de facto loco cingi.* V. §. 5. 6. 32. f. 4. d. eff. alic. Sic enim Corpora in spatijs etiam modo supernaturali & incognito locari possunt, ut Corpus Christi in Eucharistia. V. l. 3. §. 28. c. 1. 2. Transcendentalia sunt realiter eadem essentias rerum, ut tamen ab illis differant formaliter. V. f. 1. §. 14. 16. c. 1. Et sic multiplicari possunt modi in ente, salvâ unitate entis. Sic unitas, veritas, bonitas, perfectio, duratio, ubietas, multi modi in ente: *Ens unum est.* 3. Sed nec accuratè loquendo modus ille transcendentalis, alicubitas circumscriptiva, in corpore in multis locis statuto, multiplicatur, per naturam suam enim Corpus semper habitudinem ad unum locum retinet, quæ ei essentialis est, & quam alicubitas circumscriptiva in eo dicit, eaque una manet in Corpore in multis locis statuto, non multiplicatur: Sed loca & præsentia circa loca in eo multiplicantur, quæ non sunt transcendentales ei modi, sed nova accidentia, diversa spatia, in quibus supernaturaliter

Corpus

Corpus præfens sistitur, respicientia, modo transcendentali essentialiter ei inclusio superjecta, eoque unico manente. Id inde apparet, quod abesse à re possint, nisi divinities Corpori inferantur, cum ubietas terminabilis circumscriptiva à Corpore sit inseparabilis, velut essentialis aliquis modus, essentiam Corris intimè & essentialiter consequens. Accidentia autem in re multiplicari posse, re ipsâ unâ manente, notissimum est. V. S. 24. & sect. 1. S. 51. de eff. alic. Et sic divine potestati circa corpus id non negandum.

26. Ita & Secunda classis pro nostrâ Hypothesi à rationibus fuit. Sequatur tertia, à testimonijs Adversariorum. Hic partim hypotheses ipsis proprias, partim testimonia dictaq; adducemus. Supra ex Hypothesibus nobis cum ipsis communibus processimus. S. 10. seq. Iam ex hypothesibus ipsis fermè specialiter competentibus, procedendum. Et his vel communibus omnibus Reformatis, vel quibusdam inter eos proprijs. Ex communi ipsorum Hypothesi sic arguo. 1. Quod potest donum creatum & finitum, magis poterit infinitus Naturæ Creator, si aliquid eo non indignum fuerit. Plus enim valet infinita vis, quàm finita. Sed donum creatum, ut fides hominis, unam rem multis locis & subjectis verè & realiter præsentem sistere potest. Ita enim de fide sentiunt Reformati quòd realiter absentia realiter possit facere præsentia, ut verbu, Ipsorum s. 1. S. 41. de esse Alicu. vidimus. E. multò magis hoc virtuti infinitæ Creatoris dandum, quòd unam rem aliquò locis præsentem sistere queat. t. 26. 2. Quodcunq; vim & communicationem suam in aliquod mittit, id realiter ipsi est præfens. Sic enim realem præsentiam Reformati ex influxu & novatione sumunt, non præcisè substantiali propinquitate, Vt c. 1. de eff. alic. visum. Sed quoddam corpus, v. g. Solis & Lunæ, vim suam simul & semel in varia & inter se multum di-

*Pantia loca mitti, ut cum Sol integrum hamispharium supra Ho-
rizontem simul illustrat, in quo tota regiones, Vrbes, pagi, mul-
tùm distantes, continentur. E. aliquod Corpus, ut Solus, multis lo-
cus simul realiter est præsens, & sic non absolutè Multipræsenti-
tia Corporis est impossibilis.*

27. *Ex hypothesebus Keckermanni, & qui eum sequun-
tur, Impleri, Alstedij, Chamieri, Pelargi, sic arguo. I.
Corpus aliquod simul est in loco interno & externo, Sym-
metriã nempe partium locati, & basi, cui insistit. Ergò aliquod
Corpus simul potest in duobus locis esse. Dices: De loco exter-
no hoc est intelligendum, non posse aliquid in duobus lo-
cis esse, non interno, sic enim non duo loca, sed locus aliter ac
aliter acceptus erit. Ita ipse Keck: tr. d. localitat. p. 20. R. 1.
I. Cur verò non simul de interno, quem Keckermannus
facit, & qui principalis, necessarius, essentialis, & simpliciter
inseparabilis à corpore ipsi est; cum externus separari que-
at, & externa tantùm sit circumstantia? Imò de principa-
liori magis hoc accipiendum, quàm secundario. Hoc enim sensu,
qui axioma illud usurpant, intellexerunt, de eo, quod maximè
locus rei est, quod internus juxta ipsum est. Et definitiones
ac axiomata in potius, non deterius, applicari debere ex Lo-
gicis dici solet. Inseparabilitatem & necessitatem loci ad loca-
tum de loco interno accipit Keckermannus. Cur unitatem loci
ad locatum de eodem accipere veretur? Cum hac unitas magis
sit essentialis Corpori, ut realiter à corpore non diversa, Corpus
enim à figurã & partium suarum Symmetriã realiter non differt,
sed modaliter, Cum figura modus aliquis quantitativus in eo sit:
quàm unitas loci externi, qui externa & accidentalis corpori
tantùm est circumstantia, etiam ipso Keckermanno iudice &
consentiense. V. S. 22. f. 4. d. eff. alic; Et qui proinde sive unus
in corpore sit, sive multiplex, parum ad Naturam corporis re-
ferre*

Exercitatio Secunda.

31

ferre videbitur. Altingus fidentior Keckermanno, in not. ad Disp. D. Behm. d. Cœlo, q. 8, litt. y. *Cum hoc ipsum oggetto esset, fore corpus Naturaliter in duobus locis, Quid hic, inquit, absurdi est? Annon Corpus unum idemq; certo partium situ in se determinatur, & ad aliud corpus contiguum commensuratur?* Crocius p. 1. con. Prut. q. 8. p. 457. de loco unius generis intelligendum regerit. Non posse unum corpus simul vel diversos partium situs habere, vel in duobus locis externis adæquatis existere. *Hic de loco interno id effatum accipi posse fatetur.* Sed & hoc posito, *Cur non corpus diversos partium situs simul habere possit? Ut quædam partes situm erectum habeant, quædam incurvum & inflexum, ut in homine sedente manifestum est. Ita & in diversis locis interna corpus simul esse poterit.* Iam Crocius *internum locum minus principalem loci speciem facit, c. l.* Sed Keckermanni hypothesebus *id aduersatur, qui locum & locationem internam pro principali specie agnoscit, ut in Aristotele prædictos corporis Naturalis, & externum tantum circumstantiam vocat. V. §. 22. c. l. Conf. l. 1. ejus d. loco c. 3. 4. & l. 2. c. 1. & tr. d. local. c. 2. aliaq; loca, ex quibus manifestè id patet. Hoc modo malè Keckermannus defenditur.*

28. 2. Esto verò, & de externo loco id accipiatur, *Ex ejusdem hypothesebus sic arguam. I. Corpus aliquod simul est in loco sustinente & ambiente. Sic enim ille dispeccit locum, p. 25. c. l. E. in duobus locis.* Dices: *Non sunt duo loca, sed velut unius loci dua partes, ex quibus locus totus aggregatur.* R. *At Keckermannus non loci partes, sed locum in sustinentem & ambientem dividit. Perinde ac Aristotelei locum in communem & proprium dividunt, qua divisio velut generis in species est, non totius in partes. V. §. 59. l. 4. d. ess. alic.* Deinde *locus non est aggregatum quid, sed simplex, ut unq; partes*
quadam.

quodam in eo observentur. V. S. 55. s. 4. c. l. 2. *Locus exter-
nus ipsi est basis sustinens rei.* V. S. 52. c. l. *At potest unum cor-
pus pluribus simul inniti, ut homo Corpore in sellâ sustentatus,
cujus pedes in terrâ aut suppedaneis, brachia in reclinatorijs su-
stineantur. E. & in pluribus locis simul esse potest.* Ex hypothe-
sibus Timpleri sic arguo: Corpus aliquod simul est in suo
spatio & receptaculo, & in DEO, ut loco mundi. *Eum enim
mundi, & consequenter omnium corporum in mundo locum facit*
Timplerus. V. S. 6. c. l. *E. simul est in duobus locis.* Ex hypothe-
sibus Danæi sic arguo: *Locus est sine cuiusq; substantia, ut ipse
ex Bernhardo vult.* V. S. 46. c. l. *Sed corpus aliquod duobus
finibus terminari potest, sine essentia vel Corpore, & sine ex-
terioris ambientis seu circumscriptis.* *E. & in duobus locis simul
esse potest.* Ex hypothesibus Martinij & Genevensium sic ar-
guo: Qui gratiâ & favore alicubi est, illum prius essentiâ ibi
esse oportet. *Sic enim Martinus l. I. Theol. c. 5. p. 117. Ni-
si Christus essentiâ præsens sit, gratiâ non erit ubivis, nec in-
telliget necessitates nostras, nec ijs succurrere poterit. Et p.
119. Ubi quis non est essentiâ suâ, ibi nec per se & immedia-
tè agere potest.* Genevenses in indic. errorum Greg. D.
Valentiâ, error. 19. & 22. non solo virtutis influxu aut ef-
fectis nos Christo uniri ajunt, sed ineffabili & verâ substantiæ
conjunctione, & effecta Christi absquè ipso Christo intelli-
gi non posse. Subsumo, Christus etiam quâ homo, seu se-
cundùm humanitatem, gratiâ & favore adest Ecclesiæ & fide-
libus suo nomine congregatis, ut concedunt Reformati, quoties
adesse Christi de favore, auxiliari, præesse, prodesse, cueri,
juvare, movere, influere, &c. *explicant, ut communiter solent.*
*Ita Bergius anal. d. pers. Ch. t. 271. Etsi humanitas Christi
verè distat à creaturis propter essentiæ finitudinem: nihilo-
minùs in illis operatur per virtutis suæ influxum.* V. & r. 269.

270. Sed contra Martinius presentia virtutis presentiam essentia presupponit. *E. & secundum humanitatem essentia sua Ecclesia adesse oportet. Et sic corpus aliquod simul in pluribus locis à DEO fisci potest.*

29. Ex Photinistarum Hypothesibus, nam & hos hic contradicentes habemus, V. §. 67. l. 4. d. eff. alic. Sic arguo. 1. Si res creata potest fieri æqualis DEO, & ejus potestas æquari DEO, poterit & in aliquot locis fisci. Illud enim plus est, quam hoc, & hoc potestati divina subijcitur, quia non contradictorium, V. §. 22. 23. Sed prius conceditur in Scholâ Photinistarum. V. Smalcium c. Smiglec. d. error. Arian. l. 1. c. 1. p. 5. l. 2. c. 5. 6. & c. nova monstra Arian. p. 1. c. 5. & p. 2. c. 15. 16. & in exam. 100. errorum, err. 5. 27. 29. 34. Et cont. Graverum d. Perf. Christi t. 34. p. 12. 13. 14. Pisecium cont. Campianum rat. 2. p. 24. Anonomum non hohett Christi/ c. 16. & in præfat. libri, Ostorodum instit. c. 13. Socinus admirabilem Dei bonitatem & sapientiam in humanâ Naturâ nostrâ usq; ad sui ipsius æqualitatem extollenda agnoscendam esse ait, def. animadu. Polnaniens. c. 4. p. 3. §. 10. p. 131. E. & posterius. 2. Si res creata verus Deus à Deo fieri & exaltari potest, poterit & in aliquot locis fisci. Verus enim Deus etiam locorum & διασπασίωv rationem subjectam sibi habere debet, ut non ad ea alligatus intelligatur, sed pro arbitrio illis adesse queat. Sed prius iterum in Scholâ Photiniano- rum est. Smalcium l. 1. d. err. Arian. c. 3. 5. 6. 7. 10. 11. l. 2. c. 16. 17. & p. 1. ad nov. monstr. c. 4. 5. par. 2. c. 4. & exam. 100. error. er. 1. & co. Graverum d. perf. Chri. p. 3. 4. 5. & l. d. div. Verbi nat. Moscorovius ad append. Smiglec. p. 60. Ostorodus c. 10. instit. Socinus varijs in locis. *E. & posterius.*

30. Ita ex Hypothesibus Adversantium arguimus.

E.

Succe-

ocul exter-
num cor-
sistentiam,
storij su-
hypothe-
st in suo
Eum enim
ocum facit
hypothe-
a, ut ipse
duobus
sue ex-
locu simi-
m sic ar-
tentiâ ibi
17. Ni-
necin-
tic. Et p.
media-
Greg. D.
a aut ef-
stantia
intelli-
seu se-
& fide-
quoties
e, cueri-
er solent.
Christi
nihilolo-
r. 269:
270.

Succedant dicta & testimonia. Martinius in Spicar. collect. p. 147. humanitatem Christi dominam omnium rerum esse, & in incis. p. 25. Corpus Christi supra naturas alias omnes euectum concedit. *E. aut ad naturam rerum locus non pertinet, aut corpus Christi etiam supra loci naturam euectum est, & proinde loco impediri non potest, quin multis simul secundum promissa præsentesse possit. Quod enim supra loca euectum & Naturas omnes, determinatis earum legibus subesse non cogitur. Et consequenter divinâ potestate in diversis simul locis sisti potest. Prius dici nequit, cum omninò ad Naturam rerum locus pertineat. E. posterius. Et p. 42. Si velit adesse corpore, posse eum non negamus. Velle autem nunc secundum corpus esse in terrâ, vel potius velle ubiq; esse, tantisper negamus, donec contrarium probetur è scripturâ. Similiter l. 2. Theol. p. 981. Si tamen adesse vellet Christus corpore, quis eum posse negaret? Quâ enim potentia suam corpus in cælum levavit, eadem id terris reddere & sistere potest, & nunc hic, nunc illic, sine remora esse, quantum veritas corporis vellet, quam nunquam vult destructam. Neg. hoc quisquam Nostrum unquam inficiatus est. Idem p. 1436. Nec nos negamus, Christum corpore suo præsentem esse posse, ubicunq; velit: Sed negamus, præsentem esse, uti volunt PseudoLutherani, & omninò negamus, ubiq; esse illud. Similia p. 59. ap. D. Mentzerum p. 101. AntiMartiniij vide. Idem in Theol. p. 555. præclare ait, Multa sunt, quæ ratio ἀπορία καὶ ἀδύνατα existimare possit, à DEO tamen sapientissimè fieri queunt, quæ cum verbo suo facta docet, plenâ fide sunt credenda. Similia de potestate Dei infinitâ, longè supra Naturæ vires se extendente, apud alios vide. Daneus perverſè ad Naturæ jam factæ leges infinitam Creatoris omnipotentiam revocari ait, & per hoc Creaturam Creatori exæquari, cujus tamen vis omni Naturæ conatu superior*

perior fit. p. 1. Phys. Chrif. c. 18. V. & Calvinum l. 3. Inftit. c. 23. §. 4. c. 24. §. 14. l. 4. c. 16. §. 24. Lud. Crocium l. 3. Theol. c. 17. §. II. n. 5. Alftedius l. 1. Theol. Schol. c. 23. §. 4. alioſq; Wendelinus *Deum quidvis ex quovis facere poſſe, omnia ipſi adnutum ſtare, ac omnes creaturas ſuo creatori parere aptas eſſe ait.* l. 1. Theol. c. 7. t. 2. Rivetus in Pſal. 16. v. 9. p. 78. Quod Naturâ fieri non poteſt, expectandum ab ejus potentiâ dicit, qui *ſanctum ſuum corruptionem videre non permilſe, apud quem nulla res eſt impoſſibilis.* Alftedius *Deum poſſe contradictoria ait, quæ apud nos talia ſunt, ut eſſe aliquid, & eſſe ex nihilo, eſſi non ea, quæ reſpectu Dei talia ſunt. multiſq; ſimilia huc deducit* l. 2. præc. Theol. c. 10. *Quæ omninò illis Multipræſentiæ Contradictionem urgentibus opponi debent.* Zanchius l. 2. d. incarn. f. 201. de *humanitate Chriſti: Non incongruè dicitur Caro perſonaliter omnipotens & ubique præſens, quia licet talis non ſit realiter in ſeipſâ, eſt tamen talis in perſonâ.* Plura Zanchij, Bezæ, Bucerij, Soknij, Tigurinatorum, Melancthonis, *teſtimonia ap. D. Gerhardum Exe: T. 1. d. perf. Chr. §. 299. vide.* Eraſtus *ſuam de præſentiâ Corp. Chriſti ſententiâ cum Scheckij & Wirtembergicorum Theologorum ſententiâ planè conſentire dixit, reſp. ad Scheckium. Sed variæ phraſium ambiguitates, eſſe ubiq; per accidens, per aliud, in hypoſtaſi, & perverſiones ſententiarum hic occurrunt, ut iſte conſenſus non poſſit non eſſe ſuſpectus. Secus polytopiam Corporis in multis locis Wirtembergici omninò aſſeruerunt, cum quâ conſenſiſſet hac ratione Eraſtus Reformatus. Conſentius prudentioribus Calvinianorum ridiculum & impium viſum ait, negare, unum Corpus divinitus in plurimis locis eſſe poſſe.* Coron. lubilo. c. § 1. p. 485. Sed ipſe nullius ex prudentioribus teſtimonium adducit, eoque rem in ſuſpenſo relinquit. *Aperitè tamen Caſus in Lapid. Philoſ. l. 4. Phys. c. 3.*

p. 523. Non nego, ait, quin divinâ potentia hoc fieri possit, ut unum numero Corpus in pluribus simul existat locis, Cum constet, divinâ virtute Corporum penetrationem fieri posse, quæ manifestè probat, duo corpora esse posse in uno loco. *Quare pari modo non minus possibile est, per eandem virtutem unum Corpus in locis pluribus contineri.* Postea *Exemplo S. Ambrosij id probat (de quo Tr. d. ess. alicu. l. 4. §. 66. monitum, fabula, quàm Historia, similis esse:)* Et contradictionem in Deo hinc sequi negat. P. 524. *Quamvis tecum consentiam, ait, quòd rarè hæc faciat Deus, (ut unum Corpus in Div. locis sistat,) dissentia tamen, si doceas, quòd omninò non possit.* Eadem p. 531. & 532. habet. *Quidam Reformatorum præclare interdum de veritate præsentia Corporis Christi in Cœnâ loquuntur, ut Calvinus, Casaubonus, Bucerus, Alstedius, Sohnius, & alij, quos l. 2. d. simpl. fid. c. 3. allegavi. Si sensus liquidus esset, Multipræsentia Corp. omninò inde consequeretur.*

31. Quartam argumentorum classem à testimonio Patrum & Scholasticorum sumimus. De Patribus, quia singula eorum testimonia allegare, & ab exceptionibus dissentientium vindicare, nimis prolixum futurum est, & aliòquin Totum hoc arguendi genus exotericum, ab autoritate scilicet humanâ petitum, parviq; commatis in accurato rerum scrutinio est, *Brevitar sequentia monita advertantur.* 1. Patres magno consensu Substantialem Corporis & sanguinis Christi in Cœnâ præsentiam docent, *qua sub pane & vino ore accipi profitentur, quod per singula secula quidam probarunt.* V. s. 39. f. 4. d. ess. alic. E. *Corpus aliquòd pluribus locis sisti à Deo posse statuerunt.* 2. Patres communionem nostri cum Christo intimam & verissimam docuerunt, etsi mysticam & Spiritualem. *Nec solum cum beneficijs Christi, sed & cum carne & sanguine e-*
jus,

jus, ut membra corporis ejus, de carne & ossibus ejus simus. Ephes. 5. v. 30. V. Bernhardum f. 74. in Cant. Hilarium l. 8. d. Trinit. Cyrillum l. 10. in Iohann. c. 13. Cyprianum serm. d. Coenâ, aliosq; Atqui illa *communio etiam cum substantiâ carnis Christi fit, etsi Spirituali medio & modo*. Spiritualitas autem præsentiae realitatem ejus non tollit, sed *ponit*. *Sis Deus nobis præsens Spiritualiter, tamen intimè, verissimè, & realissimè*. Nostra autem illi quâ substantiam jungi nequit. Christi ergò nobis jungetur. *Et sic multipræsens illa caro à Deo sistetur*. 3. Hieronymus in excessu peccans, *ipsis sanctis in Cælo degentibus omnipræsentiam aliquam adscripsit, quòd agnum sequantur, quocunq; ieris*, lib. cont. Vigilantium. *Eum sequuntur* Basilii & Papistæ quidam, ut Francus, Cassander, Costerus, Mariale Pfalterij, alijq; ap. D. Gerhardum T. 8. d. morte S. 333. & l. 2. Conf. Cathol. p. 1. p. 383. 384. *Quidni Deum corpus aliquod in diversis locis simul locare posse credideris?* 4. Patres Deum *contra Naturam agere posse confitentur*. Iustinus Martyr apol. 2. pro Christianis: Præstat credere, quæ vel nostræ naturæ, vel cæterorum hominum sunt impossibilia, *quàm similiter non habere fidem reliquis*. Nam & Christum præceptorem nostrum dixisse scimus: Quæ impossibilia videntur hominibus, Deo sunt possibilia. Augustinus 9. d. Gen. ad litt: c. 17. Omnis creaturæ cursus habet naturales leges. Super hunc naturalem cursum Creator habet apud se, *posse de omnibus facere aliud, quàm eorum naturalis ratio habet*. Vide & quæ Prudentius l. 2. co. Symmach. & in Apotheosi hym. 1. habet. Ita Patres de potentia Dei supra Naturam censuerunt. Cur hoc, quod disceptamus, *absolutè impossibile astimârini?*

32. Ex Scholasticis pleriq; *multipræsentiam Corporis Deo possibilem statuerunt, quamvis in modo non semper convenerint*.

dum quidam etiam localiter & per proprias dimensiones ac circumscriptivè in pluribus locis simul sibi posse putaverunt, ut Richardus, Scotus, Bassolis, Marillus, Occamus, Sotus, Palatius, Argentinas, Biel, Veracruce, Tartareus, apud Masium in 4. Phy. c. 5. q. 5. Quibus ex Recensionibus consensunt Raconis de loco f. 4. q. 1. Suarez T. 3. d. 48. f. 4. Valentia T. 4. d. 6. q. 3. Mendoza d. 14. Phys. §. 38. Arriaga d. 14; Phy. §. 130. Bellarminus l. 3. d. Euchar. c. 4. Morifanus d. 5. Phy. q. 3. Becanus p. 3. Theol. Schol. tr. 2. c. 17. q. 14. n. 10. aliq; Alij Sacramentaliter, non localiter sibi posse, putaverunt, ut Thomas, Albertus M. Durandus, Capreolus, Aegidius, & alij apud eundem c. 1. Quibus & ipse assensitur, & probabilius videtur Ruvio in 4. Phys. d. loco. q. 7. n. 71. 73. Nec omninò displicet Bellarmino, V. §. 39. Esi priori etiam assensitur. Res ipsa veræ præsentia apud ipsos extra dubium, ut ex Scriptis eorum patet, fuit, & ex veritate Eucharistiaè suo Supradò concessa. Ex Recensioribus Scholasticis & Pontificijs omnes, quos viderim, huic hypothese subscripserunt, posse Corpus in diversis locis per potentiam Dei absolutam simul sibi. Conimbricenses in 4. Phys. c. 5. q. 5. Complutenses in eundem. Suarez, Valentianus, Mendoza, Arriaga, Raconis, Bellarminus c. l. c. 3. Masius, Morifanus, Becanus citatis locis, Eustachius S. Pauli p. 1. Phys. d. loco q. 3. Tannerus T. 4. Theol. Scholast. d. 6. Contzius in Coron. Iubilor. c. 51. Fonseca, 5. Metaph. c. 4. q. 4. f. 4. 5. Faber in c. 14. Iohan. & 1. ad Corinth. c. 12. (Quem ob id erroris Fbiquetarj arcessit Bellarminus l. 3. d. Chri. c. 1.) Ruvius c. l. aliq;. Nec quod ego sciam, ullus eorum hoc divinitus pro impossibili habuit.

33. Quintam & ultimam argumentorum classem ab adumbrationibus quibusdam & similitudinibus sumemus, quibus, si non probari veritas nostræ sententiæ possit, illu-
strari

strari tamen, & qualitercumq; ad non impossibilem eam habendam induci homo intelligens possit. De his autem observandum, 1. Similia in tantum esse, non in totum, & membra quadam habere posse dissimilia ad rem, de qua agimus, ut in quibusdam interim maneat convenientia, qua ad similitudinem sufficit. Nec enim similia tenentur esse eadem. Ita Scriptura similibus omniprasens Dei imperium & potestatem adumbrat, Esai. 40. v. 14. 15. Conditionem regni Dei & fidelium, Matth. 12. 21. 22. Luc. 8. Regenerationem nostram Spiritualem, Ioh. 3. & conjunctionem cum Christo, Ephes. 5. Ita Patres Mysterium Trinitatis & resurrectionis mortuorum varijs similibus adumbrarunt. 2. Similia in puncto comparationis spectanda esse, non ultra ad aliena extendenda. Omne enim simile claudicat, & in quibusdam potest esse dissimile. 3. Similia non satisfacere protervis dissentientibus: sed inducere animos ad consentiendum, & clarius informare paratos veritatis propugnatores, & de cognitione infirmitatis ad agnitionem divine potestatis sublevare. 4. Analogiam corporeorum ad spiritualia esse partim proportionis, partim attributionis. Ita ratio substantia, entis, affectionum, effectuum, in utrisq; est, etsi diversa rationis specifica. Et quacunq; de spiritualibus cognoscimus, ferme ex analogia corporeorum habemus. Ex his ergo ad illa per analogiam in quibusdam inferre, nihil impedit.

34. Similia ergo sequentia sint. 1. Anima rationalis naturaliter simul est in pluribus ubi tota, ut in capite, pedibus, brachijs, nec tamen ejus essentia, finitas, aut unitas tollitur, aut implicatur contradictio. E. & Corpus in pluribus ubi sibi potest Supernaturaliter, citra Contradictionem. Aequè enim anima humana est ens unum, indivisum, & finitum, ac corpus. Antecedens variè impugnant dissentientes, partim negando, partim dissimilitudines adducendo. Negant, animam in pluribus

ab

ubi simul esse. Hoc l. 3. §. 12. de ess: alic. Saec discussum fuit.
 Interdum regerunt, animam esse Spiritum, non Corpus:
 Nec esse in corpore, ut loco, sed ut formam in formato. *Et
 adessentiam illam non esse locati in diversis locis, sed formam in di-
 versis partibus materia. Hunc autem inessendi modum separari
 ab eo, quo locatum in loco esse dicitur, Aristoreli 4. Phys. c. 3. Ita
 comparationem habere. R. 1. Licet à diversarum rerum Naturis
 similia petere, ut exemplo Scripturæ & quotidianæ experi-
 entia constat. Ipse Deus in sacris rebus Corporeis assimila-
 tur, ut Patrifamilias, Regi, et si Spiritus sit: Non quòd Corpus
 sit, sed quòd analogia inter res corporum & suas, in quibus com-
 paratio sit, intercedat. Sic & ab animâ ad Corpus procedi poterit.
 Conf. §. 37. 2. Et si anima in Corpore non sit, ut corpus in
 loco: est tamen, ut ubicatum in ubi definitivo, & spatio suo.
*Ubietatem enim essentialem quavis substantia habet, ut l. I. Tract.
 d. ess. alic. dictum. Non nullibi est: Et quamdiu in Corpore
 est, in eo, ut in ubi suo est, non extra illud, et si locus pro-
 priè dictus ejus Corpus non sit. Est ut formâ in materiâ per
 informationem: Sed & in Corpore, ut ubi aliquo per ubietatem de-
 finitivam, ut Spiritus finitus incompletus & pars totius compositi.*
 Haftenus ergo stat comparatio: Ut anima in corpore in pluri-
 bus ubi simul est, citra divisionem, diffusionem, expansio-
 nem, multiplicationem, aut Contradictionis implicationem,
 per adessentiam simplicem & definitivam, ac partium infor-
 mationem: Ita Corpus aliquod divinitus in pluribus locis sibi
 potest præsentis simplicibus, V. §. 39. seq. citra multiplicatio-
 nem, diffusionem, aut Contradictionem. In hoc sufficiens utri-
 usq; est convenientia, nulla difformitas. Eadem essentia ani-
 mæ est in capite & pedibus: Sed plures præsentia sunt uni-
 us istius essentia. Est superior, cum in capite, est inferior,
 cum in pedibus est, sed secundum diversas præsentias, non eandem.
 Conf. c. l. d. ess. alic, l. 3. t. II. 12.*

Spiri-
 tes sif-
 erdun-
 tradict-
 ginta-
 loco sif-
 Major-
 na me-
 fentari-
 fit per
 non pe-
 non id-
 ad div-
 sifarum
 sequen-
 fit: sed
 classen-
 Quòd
 versita-
 diam,
 ali hab-
 ratus p-
 assisten-
 singuli-
 quia,
 cic.
 & info-
 Corpus
 essentia
 non ho-

35. 2. Eadem anima per species intelligibiles, itemq;
 Spiritu & fide, efficaciam Spiritus S. id conciliante, sibi presentem
 sistit difficilissimas res, & quidem realiter, ut Reformati
 credunt, & supra l. I. §. 41. c. 1. vidimus, nec implicatur Con-
 tradictio. Et sic res manent in suis locis, & simul per species ima-
 ginatas revera representantur intellectui. E. & DEUS rem in uno
 loco sistere poterit, & simul in alijs locis eandem rem exhibere.
 Major enim est infinita potestatis facultas, quam universa huma-
 na mentis capacitas. Dices: Nulla est consequentia a repræ-
 sentatione intellectuali ad presentiam realem. Representatio
 fit per species rerum, non res ipsas. Presentia realis per rei ipsius,
 non speciei exhibitionem. R. Adumbratio & similitudo hic est,
 non identitas, aut directa vel primaria probatio. Licet presentia
 ad diversa loca illustrare per representationes variarum & dis-
 tinctarum rerum, mente factas, etsi unum non sit alterum, nec con-
 sequentia primario argumentativa ab uno ad alterum hic
 fit: sed illustrativa, quæ in adumbratione sufficit. Ideo hanc
 classem arguendi ab adumbrationibus peccatam diximus, t. 33.
 Quod representatio per speciem, presentia per realitatem fit, di-
 versitatem comparatorum arguit, quæ in quovis simili est. Vt non
 dicam, Reformatos istam per speciem representationem pro re-
 ali habere, Vt f. l. d. eff. alic. §. 41. visum. 3. Spiritus sepa-
 ratus per dispensationem sibi corpus uniens, & id ad tempus
 assistenter perficiens, adest corpori illi toti totaliter, & in
 singulis partibus adest totaliter, quia Spiritus & indivisibile
 quid. Et ita est in pluribus ubi istius Corporis, quod perfici-
 cit. Et sic res una & finita est in pluribus ubi simul designative
 & informativè, tanquam forma assistens. Ad eundem modum
 Corpus in pluribus ubi sisti potest divinitus per simplices ad-
 efficientias. Si enim illud Spiritus finitus potest, ut angelus: Cur
 non hoc infinitus, ut DEUS? Obstat vel spiritualitas, vel uni-

tas, vel finitas, vel corporea rei materialitas, vel facientis imbecillitas. Nihil horum impedit, V. §. 33. 34. Et ex resolutione ob-
jectorum amplius patebit. Inconsequencia, qua hic adduci poterunt, aut disparitates exempli, qua adferri queant, ex ante dictis solutionem habebunt.

36. 4. Facies vel res una in sese, in speculo fracto aut artificiose ad id parato, mille multiplicatis speciebus repræsentari potest, ut Optica exempla confirmant, manente re in seipsâ una, indivisâ, & continuâ. Cur non divina potestas rem in se unam mille aut pluribus præsentijs exhibere possit, salvâ rei unitate & indivisione manente? Vt ibi circa rem unam mille accidentia specierum repræsentatarum per hominis multiplicantur industriam: Ita hic mille accidentia præsentiarum circa rem unam per divinam potentiam multiplicantur. Hactenus est ad-
umbratio. At prius fit vi humanâ. Ergo posterius fieri posse virtute divinâ, non est incredibile. Hujus enim infirmitas major est omni humanâ scientiâ aut potestate, V. §. 21. 22. Confirmatur Antecedens exemplis Opticæ Mechanicæ, Vbi speculorum beneficio res decuplò & ultrâ multiplicata varijsque in locis sita repræsentatur eâ accuratone, ut in seipsâ varia ac multiplex esse videatur, nec artificium ignorantis secus esse, ullâ ratione appareat. In seipsâ tamen una ac indivisa permanet. Ita Proteus quidam in Angliâ in varias figuras, Leonis, Vrſi, Canis, arboris, avis, se videntibus transformavit, ut in seipso tamen unus idemq; permaneret. V. Hegenitium in itinerar. Holland. p. 73. Hoc speculorum & Optica beneficio factum putatur. Si industria humana hac potest, Cur non similia, & majora aliquantò, in corpore multis in locis ubicando, potestas supereminens divina? 5. Anima sentiens per oculum, exiguum mole organon, uno obtutu visum ad diversissima loca projicit, ac res diffusissimas sibi in visus receptione præsentes sistit, simplici & velocissimo quodam intuitu,

& res magnitudinis extensissimæ totas in minuto oculo recipit, ut integras urbes, regiones, tractus, montes, Sylvas, non obstantibus rerum materijs, corporeitatibus, quantitibus, distantijs, locis, impedimentis, alijsq; remorjs. Imò quidam acie oculorum supra humanam conditionem præditi fuerunt, ut in remotissima visum prægerent. Quorum exempla ex Plinio alijsq; s. l. §. 44. d. est. alic. attulimus. Et visupercepta realiter sibi presentia Reformationum hypothesi habet, V. c. l. & §. 41. Et quamvis per species Spirituales hæc fiant: Veræ tamen, naturales, Physicæ, & reales entitates ex sunt, à rebus corporeis fuxæ, & in oculis receptæ, non mera imaginationes aut phantasia. Si anima sentiens, forma materialis & finita, facultatem finitam & materialem ad distantia loca porrigere potest: Cur non vis divina, potestas infinita & immaterialis, suppositum unum distantibus locis simplici adessentiâ simul inferre queat, non obstantibus locis, distantijs, materijs, nec solutâ unitate suppositi varijs locis ubicati. Si eadem anima ingentes moles parvo organo totas recipit: Cur non divina potestas Corpus sub angustiore spatio sistere possit, Etsi naturaliter in majore esse soleat & postulet? V. §. 103.

37. 6. Sonus unus per aërem ad aures multorum percipientium delatus, varijs in aëris partibus tanquam ubi diversis recipitur, sicq; simul unum numero accidens in varijs ubi est, etiam naturaliter. Cur non potestas supernaturalis unum suppositum varijs in locis ubicare possit? Dices. Si exempla adferenda sunt, substantias adferre necesse est, non accidentia, qualia visus, sonores, & similia. Absurda enim est consequentia in rebus toto genere disparatis. Ita Chamier. R. Quasi verò comparatio præcisè ex eodem rerum sumenda genere, nec ex diversis punctum comparationis formare liceat? Sapores cum odoratis, colores cum chamaleonse, quantita-

sem cum corpore, altitudinem cum turri, fulgorem cum sole comparare licet. Cur non & visus ac sonus cum suppositis variè ubicatus? Si absurda est consequentia à disparatis generibus, absurdè comparationes de DEo & rebus corporeis in sacris instituentur, indeq; consequentiæ neſcentur, quod impium. Plus enim creatura & DEus distant, quàm substantiæ & accidentia. Si accurratè ad adumbrandi tertium attenderis, omninò in accidente quodam & modo rei, non rei genere vel essentiâ, institui repereris. Multipræsentia corporis unius cum multireceptione visorum & sonorum in visu & auditu contenditur, quæ utrobiquè accidens aliquod est. Hactenus adumbrare quis prohibebit? Augustinus etiam ep. 57 ad Dardan. & serm. d. Ouibus T. 9. ac Zanchius T. 8. col. 222. Epistoliar. Luther. T. 3. len. Ger. f. 460. b. aliq; eo ad præsentiâ divinam illustrandam utuntur. Lutherus etiam f. 458. a. c. l. simile oculorum longè diffusa percipientium adhibet. Dices 2. Sonus non idem numero in auribus multorum est, sed multiplicatur ad numerum aurium, in quibus recipitur, cuius indicium est, quòd primâ origine fortior est, paulatim debilitor fit, & in nihilum abit. Sed corpus idem numero in diversis locis poni asseritur. R. Sonus realis pervenit usq; ad aures, non autem intentionalis, ut Keckermannus, Timplerus, Alstedius, aliq; rectè sentiunt, V. s. r. g. 51. d. est alicubi. In auribus quidem ipsis species soni intentionalis percipitur quomodo, omnis sensatio per receptionem specierum intentionalium expeditur, ut in Physicis disputatur: Sed usquè ad aures sonus realis per varias aëris partes gyrando velut devolvitur, unus idemq; numero, mirabili celeritate, ut brevissimo velut momento sonus ex longo etiam intervallo ad aures delabatur. Hic sonus idem numero ad minimum per diversa ubi aëris fertur, non enim corpus aut corpulentum quid est, quod fluxu materiali velut multiplicando

triplicando sese promoveat, quomodo unda undā in flumine trudit: Sed immaterialis & Spiritalis qualitas est, qua simul tota in momento alicubi existit, ubi est. Hic accidens unum numero in diversis ubi aëris simul est naturaliter: Cur in corpore Deus id non praestet supernaturaliter? De Specie soni in auribus receptā non praecise jam adumbrationem formamus: sed sono per aërem delato, qui & realis est, & ejusdem numeri, ut cum unus ictus sonum concitat per aërem se celerrimè ad sensorum vibrantem. 3. Soni idea & species multiplicata in auribus audientium percipitur, non realitas essentia eadem numero permanens. Corpus autem realiter & essentia veritate in multis ubi statim dicitur. R. Non de sono auribus percepto praecise hic comparatio argetur: Sed de eo in aëre formato, & ad aures delato, qui realis & idem numero, si ab uno ictu incussus. Ab hoc eodem numero in diversis ubi aëris simul & celerrimè existente, ad corpus divinitus in multis locis sistendum illustrationem ducimus, quam absurdam aut inconsequentem esse dici non potest.

38. Hactenus classes argumentorum, nostram sententiam confirmantium & illustrantium. *Quae pluribus alij aut probationum, aut illustrationum, hic adducere solent, ut exemplum Dei simul in infinitis locis existentis, Angeli percussoris in Aegypto aut exercitu Sanheribi simul in pluribus locis praesentis, Angelorum bonorum in caelis faciem Dei videntium, & simul infantibus in terris ministrantium, Spirituum loco corporali alligatorum, & pœnā corporeā, ut igne, ex-cruciatorum, ut Diabolorum in inferno, Corporum duorum in uno loco penetrativè per potentiam divinam coexistentium, Cameli per acus foramen penetrantis, & similia, quae apud Chamierum c. 10. 11. discussa & allata videbis, mea non praecise facio, Cum interdum dubia esse queant; nec quid quisque pro-*

tulerit aut adduxerit, defendere animum jam induxi. Sutura quodquæ opus Authori relinquatur, & quod quis proposuit, tueri nitetur. Satis nobis sit in duobus adductis argumentis, quæ maximè ad rem consuevandam videntur idonea. Cætera dubia esse videntur, & licet lite resolvunt. Conf. tract. d. ess. alic. §. 4. §. 89. Prima hypothesis nostra ita confirmata esto. Quæ obijci ei solent, postea discutiam, ubi unam adhuc subdidero, varijs rei difficultatibus hic retexendis imprimis utilem futuram.

39. Dico II. Corpus in multis locis divinitus statutum, statueretur in illis præsentijs simplicibus, non autem localibus, nec circumscriptè in uno de facto, sed alio modo, quàm quo naturaliter locum corpus occupare, aut ei commensurari solet, & quem circumscriptivum supernaturalem & extraordinarium vocare liceat. Ita quosdam Philosophos hic versari video, & quantum mihi videtur, omnium tutissimè. Vt Masius & Ruvius locis §. 32. citatis. Nec penitus hic Bellarminus 3. d. Euch. c. 4. abis, Quanguàm circumscriptivè adesse posse eti. disputet. Si quis, dicens, contendat, esse in loco, tam circumscriptivè, quàm definitivè, id requirere, ut res nullo modo sit alibi, dicere possumus, dari tertium modum existendi in loco, nimirum per solam præsentiam, quomodo Deus est in loco, & hoc modo esse in loco ea corpora, quæ per divinam potentiam simul sunt in varijs locis. Etiam Valentianus hic consentit c. l. q. 3. p. 1. §. 22. Sciendum, ait, dupliciter posse intelligi, quòd corpus unum sit in pluribus locis. 1. Ita locali & circumscripto modo, ut non modò substantiâ suâ loco præsens sit, sed & ita ei includatur & circumscribatur, ut nihil ejus planè existat extra eum locum. Sic manifesta est contradictio, asserere, Corpus unum simul esse in pluribus locis, Eset enim & non esset extra quemlibet eorum. Et non nisi

isto

isto modo animadverto negavisse Doctores quosdam, fieri posse divinâ virtute, ut unum corpus circumscribatur in pluribus locis. 2. Ut nequeat una res ullâ ratione, nequè commensurata loco, neq; non commensurata, simul substantiâ suâ præsens esse in diversis locis. Hæc verò vanissima opinio est. Similia §. 26. habet. Nihil cum Augustini doctrinâ pugnat id, aut, quod ipsi disputamus, posse unum Corpus alicubi esse modo non locali, & quidem diversissimis locis substantiâ suâ reverâ præsens. Ipse Thomas ab hac sententiâ minimè est alienus. Parte 3. q. 75. a. 1. §. ad tertium, negat, corpus in pluribus locis circumscriptivè esse. Corpus Christi, ait, non est eo modo in Sacramento, sicut corpus in loco, quod suis dimensionibus loco commensuratur, sed quodam speciali modo, qui est huic Sacramento proprius. Unde dicimus, quod Christi corpus est in diversis altaribus, non ut in diversis locis, sed sicut in Sacramento. Idem q. 76. a. 5. Corpus Christi non est in hoc Sacramento secundum proprium modum quantitatis dimensionis, sed magis secundum modum substantiæ, eo scilicet modo, quo substantia continetur à dimensionibus. Unde nullo modo corpus Christi est in hoc Sacramento localiter. Nec circumscriptivè hic est, quia non secundum commensurationem propria quantitatis, ut dictum est. Similia art. 3. & 4. habet. Vide &, quæ Qu. 57. a. 4. habet. Vbi Corpus Christi loco continente indigere negat, & non esse in loco continente posse ait. Et in 4. sent. d. 14. q. 2. a. 2. (allegante Keckermanno tr. d. localit. p. 50. Nam apud ipsum Thomam hoc non invenio.) negat, Unum corpus posse esse in duobus locis localiter, quia sic in diversis locis dividatur, & essentia unitatis in eo destruat. Durandum etiam in hanc sententiam ex 4. sent. q. 10. ar. 1. allegat Raconis de loco, f. 4. q. 1.

40. Quia tamen acerbis faceris hic Chamier inclamas

mat. c. II. §. 33. Ut abyssus abyssum invocet? Ut. qui fordescit, fordescit adhuc? Sed quis sensus Bellarmino? An eundem modum existendi in pluribus locis DEO esse communem cum corporibus? *An verò solam præsentiam?* Explicandi sunt termini, quid præsentia simplex, quid localis, *hic notet.* Sive eam sensum terminorum præcisè intenderit Bellarm. vel alius, sive minus, de eo parum jam laborandum erit, modo veritati accommodum aliquem modum depromamus, quam omnino hominum auctoritati præferre debemus, & res ipsa, intricata aliàs & difficilis, clariùs in lucem & intelligentiam protrahatur. Præsentia simplex hic dicitur, quæ locum ut terminum & spatium ubi tantum, respicit simpliciter, præcisè omnibus conditionibus infirmitatis, difficultatis, inclusionis localis, circumscriptionis localis, cōarctationis, aut similibus, quæ vel in loco inferri, vel eum etiam comitari & consequi solent. *Hoc est,* locum hic magis Metaphysicum & generalissimè dictum intelligimus, spatium, ubi adesse aliquid dicitur, *Ve* & ubi angelorum & corporum comprehendat, quàm Physicum, h. e. qui corporis continentis immediata & immobilis sit superficies, de quo §. 57. seq. d. eff. al. f. 4. Sic enim & Reformati locum hic capere solent: & in pluralitate locorum uni rei assignandâ sic capiendum esse Natura angelorum docet, quos etiam plurifariam simul adesse posse statuisimus, V. §. 75. Et ex hypothesi de corpore probata sponè consequetur. Ita in pluribus locis aliquid esse poterit, sed simpliciter, velut in ubi, non materialiter, ut in superficiebus includentibus & concludentibus. Sic & jam capi hic posse §. 3. est ostensum. Ita Deus alicubi est, v. g. in domo, museo, aulâ, ut termino ubi simpliciter, ut cætera localia accidentia, quæ in locis contingere solent, non admittat, ut nihil pati queat alienum à se, & quod infirmitatis Naturam redoleat. E. g. augeri, minui, distendi, contrahi, mole occupare, expelli, concludi, circumscribi, vulnerari, occidi, calefieri, frige fieri, &c.


mmo


emis-
an se-


, vel
a non
n sub-
pro-
qvar-

¶

YMS.







Biblioteka Jagiellońska



stdr0019291

